

30 haec fient. *AN.* ut modo fiant! *GE.* fient: me vide.  
pater exit: abī, dic esse argentum Phaedriae.

V            DEMIPHO            CHREMES            GETA

*DE.* Quietus esto, inquam: ego curabo nequid verborum  
duit.

hoc temere numquam amittam ego a me quin mihi testis  
adhibeam.

quom dem, et quā̄m ōb rem dem commemorabō. *GE.* ut 715  
cautust ubi nil opust!

*CH.* atque ita opu' factost: et matura, dum lubido eadem  
haec manet;

5 nam si altera illaec magis instabit, fors sit an nos reiciat.

*GE.* rem ipsam putasti. *DE.* duc me ad eum ergo. *GE.*  
non moror. *CH.* ubi hōc egeris,

transito ad uxorem meam, ut conveniat hanc priu' quam  
hinc abit.

dicat eām dare nos Phormioni nuptum, ne suscenseat;            720  
et magis esse illum idoneum qui ipsi sit familiarior;

10 nos nostro officio nil digressos esse: quantum is voluerit,  
datum esse doti'. *DE.* quid tua, malum, id refert? *CH.*  
magni, Demipho.

non sat[is] ēst tūom te officium fecisse si non id fama  
adprobat: